BIBLIOTHECA LIBRORUM RARIORUM UNIVERSALIS

Oder
vollständiges Verzeichniß
rarer Bücher,
aus den besten
Schriftstellern
mit Fleiß zusammen getragen
und
aus eigener vieljährigen Erfahrung vermehret
von
Johann Jacob Bauer, Arg.
Buchhändler in Nürnberg.

Zweyter Theil,
von G--L.

Statt einer Vorrede sind die sehr raren
Epistolae II. M. Andr. Westphalii de libris publica auctoritate combustis
abgedrucket.

Nürnberg,
bey Martin Jacob Bauer.

1771.

Kurzer Vorbericht.

Es ist bey der Ausgabe dieses zweyten Theils einer allgemeinen Bibliothek rarer Bücher, weiter nichts zu erinnern, als daß der dritte Theil auf bevorstehende Leipziger Michaelismesse, und der vierte auf die Jubilatemesse des 1772sten Jahres folgen, dann aber für einen Supplementenband gesorget werden wird. Statt einer weitern und eigentlichen Vorrede hat man dießmal die zwo Epistolischen Abhandlungen des M. Andreas Westphals von denen Büchern, welche auf obrigkeitlichem Befehl verbrannt worden sind, wollen abdrucken lassen, in der gewissen Zuversicht, daß sehr vielen Liebhabern eine Gefälligkeit damit erzeiget wird. Es sind diese zwo kleinen Schriften nicht nur mit unter den Quellen der Kenntniß rarer Bücher, angeführet, sondern sie sind auch selbst ungemein selten, und hat sie der große Bücherforscher, der sel. Vogt, wie er selbst meldet,

nicht auftreiben können. Eben dieser gelehrte Mann führt noch eine dritte Schrift des Verfassers von eben dieser Materie an, betittelt: Dissertatio exhibens Centuriam Librorum publica auctoritate combustorum, Gryphsw. 1713. Diese haben wir eben so wenig, als Vogt, noch zu Handen bekommen können, und wünschten deswegen recht sehr, daß man sie uns mittheilen und allenfalls nur an den Verleger zur Abschrift einschicken möchte. Gleicherweise wären wir begierig, von den Lebensumständen dieser Gebrüdere Westphal etwas zu erfahren, indem nicht einmal des Andreas, da er doch ein Schriftsteller ist, in dem allgemeinen Gelehrtenlexikon, auch nicht in den Dunkelischen und andern Zusätzen zu demselben, gedacht wird.

Geschrieben den 24. Merz, 1771.

M. ANDREAE WESTPHALII
EPISTOLA I.

AD

FRATREM

CHRISTIANVM WESTPHALIVM,

QVA

LIBRI PVBLICA AVCTORITATE
COMBVSTI RECENSENTVR
ATQVE EXHIBENTVR.

SEDINI,

TYPIS CHRISTOPHORI SCHROEDERI,

MDCCIX.

Frater chariſſime!

Ex eo tempore, quo Medici celeberrimi *Thomae Bartholini* Diſſertationem elegantem *de Bibliothecae incendio*, quae iam in tabernis librariis rarius conſpici coeperat, Ienae hoc ipſo anno luci dedi publicae, praemiſſis exemplis recentioribus Bibliothecarum, quas flammae furor confecerat; ad librorum, quos publica auctoritas igni adiudicauit, cognitionem omni cura, inflammatoque ſtudio abreptus ſum. Et quidem eo maior cupido hoc perfungendi labore animum meum ſtimulauit; quo vehementius mihi nuper accendiſti animum ad horum Exemplorum collectionem; proinde neque huic, qui meus in te eſt amor, deeſſe volui officio. Sane et ex eo capite facillimas Tibi praebui aures, dum neminem mihi forte dixeris, qui ea Exempla uno comprehenſa faſce eruditorum exhibuerit conſpectui; ſi unice a Celeber. *Becmanno* diſceſſeris, qui in Politica ſua Parallela p. 647. quorundam contexuit catalogum. Qua re adductus eadem in Compendium mittam, quae alias ſparſim Doctorum Virorum monumentis inſerta leguntur; habita praeſertim ratione eorum librorum, quos aetas non

multum a nobis remota combustos vidit. Quae quidem tractatio nostra duobus absoluetur momentis; quorum prius sistet libros argumenti theologici; posterius generis promiscui suppeditabit exempla.

Si historiam perlustraueris Socinianismi haud pauci Tibi obuii erunt libri, flammas experti. Prodeat ex iisdem primo omnium *Catechismus Racouiensis*, (cuius historiam in programmate quodam peculiari, anno 1707. Helmstadii in 4. publicato, eleganter dedit Celeberrimi nominis Theologus *I. A. Schmidius.*) Hic namque ex lingua Polonica in Latinam translatus, ac Iacobi, Regis Angliae nomini inscriptus hoc demum expertus est fatum, ut anno 1653. Mense Aprili auctoritate et decreto Parlamenti Anglicani igni adiudicaretur; obseruat vero Vir modo laudatus l. c., *Martinum Kempium* in Bibliotheca sua annum 1654. combustionis posuisse; at perperam.

Notissimus quoque est inter Socianismi Patronos *Conradus Vorstius*, cuius scripta omnia Iacobus, Magnae Britanniae Rex, igni tradi iussit, teste *Becmanno* l. c., Domino *Kettnero* in dissert. de Vnitariis huius seculi, habita Lipsiae 1694. §. 27. Eiusdem quoque Regis auctoritate *Vorstius* ab officio suo remotus est. Cum vero Malum Socinianismi ex Polonia in Hollandiam quoque manaret, Status Hollandici non modo contentione, verum etiam dimicatione in eo exstirpando elaborabant; utque huic malo medela adhiberetur, iidem, firmati iudicio Theologo-

rum

rum Leydensium, Socinianismi propagatores exterminarunt, scriptis eorum flammae subiectis.

Ibidem strenue pro Socinianismi erroribus stabat *Volckelius*, Grimmensis, cuius libri, iubente sic Senatu Amstelodamensi, anno 1642. comburebantur.

Ex Hollandia pedem promouemus in Germaniam nostram, in qua et venenum Socinianismi disseminabatur. Inprimis vero Socinianorum machinationibus patere debebat Academia Altorfina. Malo autem huic serpenti obuiam ibat vigilantia Senatus Noribergensis, qui, horum errorum fautoribus in exilium actis, Libros Socinianorum veneno mixtos publice exuri iussit; conf. *D. Engelkenii* dissertat. de Damnabili Socinianismi Gangraena, ventilata Rostochii 1706.

Ad hanc classem suo merito quoque retuleris *Michaelem Seruetum* Hispanum natione, professione Medicum; cuius iuuenis ingenium a Praeceptoribus Iudaeis et Muhamedanis literarum studiis in Africa alebatur. Hic vero hausta ab iis impia circa doctrinam de Mysterio Trinitatis dogmata in Europa seuit; praesertim iis foedauerat VIII. suos, quos ediderat Libros de Erroribus Trinitatis, Basileae 1531. in 8. typis expressos. Horum plurimam partem Francofurtenses rogo dederunt. Testatur Magnif. Dom. *D. J. F. Mayerus*, in lectionibus suis Anti-Socinianis, pestilentissimi huius Libri auctorita-

tem ac desiderium ita creuisse, ut, teste *Varillasio*, centum Ducatis unici exempli copiam quidam sibi parauerint.

Huic subiungendus est *Valentin. Gentilis*, qui ex Italia profugus Geneuam delatus est, ubi a Caluino Arrianismi conuictus est, sparsis ab eo erroribus, doctrinam de Christo turpissime commaculantibus. Refert de eo *Becmannus* l. c. quod Respublica Geneuensis hanc ipsi dictauerit sententiam, ut genibus in terram flexis veniam a Republica precatus scripta sua propriis manibus in ignem coniiceret, in cinerem redigenda. De eo quoque varia docte et eleganter obseruauit Magnif. Dominus *Mayerus*, loco iam iam citato.

Inieci in superioribus mentionem *Catecheseos Racouiensis*; cum qua coniungi velim sic dictum quendam *Catechismum Caluinianum*, foetum anonymi; qui Halae Magdeburgicae in foro publico auctoritate Potentissimi Regis Borussiae 1694. tanquam victima Vulcano tradebatur.

Offerunt se non unius generis scripta, quae Rex Borussiae modernus per flammas exstirpari voluit: inter quae utramque facit paginam *Stoschii*, Secretarii illius Berolinensis notissimi, Tractatus Berolini 1693. diuulgatus, qui hunc gerit titulum: *Concordia fidei et rationis.* Iudicat de hoc libro *Caspar Sagittarius* in Introd. ad H. E. vocans eundem nouum et pestilentissimum Librum Atheisticum, in quo colluuies omnium periculosarum hypothesium in unum quasi systema redacta contineatur. Quam primum

mum vero foeditas huius libri Regi Borussiae innotuit, censurae Theologorum Academicorum et Ministerio Berolinensi subiectus lituram acerrimum expertus est; et praeuio processu sententia de eo haec lata est, ut liber ille pestilentissimus publice Vulcano consecraretur; id quod etiam Berolini contigit in foro nouo, vulgo dem Neuen Markt. Conf. et de hoc libro *W. E. Tentzelius* in den Monatlichen Unterredungen Anno 1694.

Paucis abhinc interiectis annis *Christiani Democriti* Unpartheyische Gedanken, instante Magno Regni Suecici Monarcha CAROLO XII. publice Berolini igne consumebantur.

Hinc conuertimus nos in Poloniam, quae nobis offert famosissimum istum *Casimirum Liszynskium*, qui Tractatui cuidam, comprehendenti 17. plagulas Atheismi inusserat maculam; addita semper cogitationum suarum summa: (horreo sane dicere) Ergo non est Deus. Huic sententia ferebatur, ut ipse scripta in foro publico combureret, mox vero et ipse ex urbe eductus viuus cremaretur, bona publicarentur, aedium eius ruinae ita diruerentur (liceat mihi expressionem Flori meam facere), ut aedes in aedibus requirerentur. Cum vero praelecto decreto, reus in genua procumbens multis effusis lacrymis poenam mitigandam supplex peteret, ut saltem ense cogeretur vitam finire; hunc tandem dedit poenam, ut prius manu abscissa mox capite priuaretur, corpusque eius cum scriptis in rogo cremaretur; utque nulla eius amplius extaret memoria, cineres eius ex

tor-

tormento quodam Tartariam versus proiecti sunt. Tragicum eius ex hac vita excessum exhibet Relatio quaedam typis diuulgata; item *Tentzelius* in seinen monatlichen Unterredungen; quibus addatur Auctor der denkwürdigen Begebenheiten Anno 1706. p. 132. in der siebenzehenden Nachricht.

Eodem fere fato inclaruit *Dauid Georgi*, cuius scripta a Basileensibus igni addicta sunt; conf. Excellent. Domini *Struuii* Introd. ad Notit. Rei Liter. p. 460. §. 22.

Non possum non, quin hic etiam commemorem *Michaelem Molinosium*, Quietismi auctorem et conditorem, cuius scripta Regina *Christina* Romae comburenda curauit, quo ipso Clerum Rom. in sui beneuolentiam pertraxit; ut is factum illud tergeminis quasi laudibus in coelum eueheret; teste *Ziglero* in dem Schauplatz der Zeit p. 372. Anno 1677. die III. Septembr. eiusdem, quem modo dixi Molinosii Libri nullo constituto discrimine ignis participes Romae redditi sunt, teste eodem *Ziglero* in libro, cui titulum dedit: Labyrinth der Zeit. Idem quoque docent Propositiones damnatae *Michaelis de Molinos* p. 22. ubi haec habentur verba: *Qui Ordinarii, et Inquisitores ea* (scripta sc.) *igni comburant et comburi faciant.*

Addimus huic alium fidei Catholicae hominem, nempe *Robertum Bellarminum*. De hoc enim constat, quod parum abfuerit, quin scripta eius et Romae et Lutetiae Paris. manu carnificis com-

comburerentur. Romae namque Pontificis Sixti V. indignationem experta ſunt Opera *Bellarmini*, quod non ſatis deferre videretur poteſtati Papae in temporalibus. Gallos inprimis in ſe conuertit per Librum Romae 1610. editum *de Poteſtate Pontificis in Temporalibus.* Quod ſcriptum tantam indignationem Aulae Gallicanae ei conflauit, ut parum abeſſet, quin Pariſiis manum carnificis experiretur; vid. ingenioſiſſimus et acutiſſimus Criticus *Petrus Baelius* in Dictionario ſub voce *Bellarminus.*

Huic merito adiicimus tanquam acerrimum Religionis Papaeae hoſtem, b. ſc. *Martinum Lutherum.* Fata, quae ipſum per combuſtionem ſcriprorum manſerunt, exponit *Seckendorfius* in Hiſt. Lutheraniſmi. Haec vero tentamina per ignem minime Lutheri animum heroicum frangere valuere; eadem ſeueriſſime contemnebat; ducebat ea ſua magnitudine leuiora; quin eadem potius commiſeratione, quam indignatione proſequebatur. Teſtimonia varia magnanimitatem *Lutheri* declarantia ex ſcriptis eius congeſſit Excell. Dom. *Thomaſius* in den kleinen deutschen Schriften p. 445. ſequ. quibus proinde enarrandis ſuperſedeo.

Inter Libros Religionem turbantes cum Excellent. Dom. *Struvio* referimus quoque *Magicos.* Horum concrematorum exempla nobis ſiſtunt non tam antiqua, quam recentiora tempora. Memoria Auguſti Caeſaris teſtatur, quod ſupra duo millia fatidicorum librorum Graece et Latine conſignatorum comburenda curauerit.

Theo-

Theodosius item et Honorius Imperatores Libros Magicos flammae adiudicarunt. Recentior quoque aetas insigne huius rei subministrat exemplum. Constat enim de Iacobo I Rege Angliae, quod *Reginaldi Scoti* librum Anglico idiomate scriptum et titulo *de Magia* insignitum, igne consumi iusserit, eo quod non admiserit Magiam Diabolicam, eiusque effectum ex fonte causarum naturalium deriuare contenderit. Vid. *Colbergii* egregia dissert. de Tolerantia Librorum noxiorum Politica, §. 6. Huius rei testem adducere quoque possum virum Consult. *Thomasium* in dissert. de Crimine Magiae.

Habes, Frater charissime, de libris Religioni noxiis, cognosce et de aliis: inter quos primum merito iis assigno locum, quibus docetur, ciues impune posse grassari in vitam summorum Imperantium. Huc omnino comparati sunt *Johannis Marianae*, Ordinis Ignatiani hominis, Libri III. *de Rege et institutione Regis*, in quibus, iudicante sic inter alios Viro summe Reuer. *D. Joh. Fran. Buddeo*, Praeceptore meo desideratissimo, subditorum libidini ac furori Principes haud obscure subiiciuntur. Hinc certe summorum Imperantium capita sanctissima in praesentissimum adduxit discrimen. Qua re et hic liber in ea incidit fata, ut anno 1610. manu carnificis Parisiis combustus fuerit: circa cuius libri historiam egregia notauit sedulus atque accuratus ille Rei Literariae indagator *Petrus Baelius* in suo Dictionario.

Idem

Idem accidisse obseruat Dom. *Becmannus* l. c. p. 649. Apologiae *Adolphi Schulkenii*, quae itidem Parisiis 1613. a carnifice combusta fuit ob insignes grauesque iniurias, quas auctor in summorum Principum euomuerat potestatem.

Cum his ob commune fatum coniungimus *Dauid Pareum*; ediderat namque hic Commentarium in Epistolam ad Romanos; ad cuius Caput XIII. asseruisse putabatur, quae Maiestatem Regum Principumue possent labefactare. Quam ob causam liber iste, tanquam Reipublicae pestis, iussu Jacobi, Regis Angliae, 1622. Oxoniae per carnificem in cineres redactus est; an recte factum, in medium relinquit *Becmannus* l. c. p. 651. Conf. et *Thomasius* in seinen Monats-Gesprächen, Mens. Decembr. 1688. p. 745.

Ea quae hactenus enumerauimus, excipiat famosissimum illud scriptum quod prostat sub titulo: *Gesta Impiorum per Francos*; in quo foedus Galliarum Regis cum Gustauo Adolpho Gloriosissimo, et Belgio contractum acriter perstringebatur. At enim vero scriptum hoc per carnificem dilaceratum et combustum fuit.

Jam nos ordo quoque ducit ad scripta quaedam argumenti historici; ex quibus se primo offerunt loco *Baronii Annales Ecclesiastici*; ob quorum Tomum XI. grauissimam subiit inuidiae tempestatem. In eo namque iuribus Papae vindicare contenderat Siciliam. Quare Philippus III. Hispaniae Rex, tanto in eum exarsit odio, ut, peculiari promulgato edicto, Tomum

hunc XI. e Regno suo eliminaret, et, grauissima sancita poena, ciues suos ab eiusdem lectione et possessione arceret. Vid. quae circa hanc rem obseruauit *Clarmundus* in den kurzen und deutlichen Fragen aus der *Historia Ecclesiastica* p. 125. Caeterum grauius adhuc factum expectare habuit Tomus hic XI. ab Imperatore, qui eum per carnificem comburi iussit, quia et in eo Papae Ius Regni Neapolitani adiudicauerat, iurisque Pontificii defensionem in sese susceperat; teste *Schurzfleischio*, Polyhistore illo exquisitissimo, et Excellent. *Joh. Petro Ludouici* in Germania Principe p. m. 88. De caetero varia quoque docte circa *Baronium* obseruauit Philologus ille ac Polyhistor Lugduni in Batauis celeberrimus *Thomas Crenius* in Dissert. Epist. de Furibus Librariis p. m. 26. sequ.

De *Thuani*, recentioris aetatis Liuii merito dicti, Historia constat, quantum et quam graue multi in eam conceperint odium. Licet enim opus illud sit summae fidei, iudicante et inter alios Excellent. Dom. *Struuio* in Bibliotheca Historica p. 23. tamen censuras mordaces effugere minime potuit, quin acerbe notaretur ac traduceretur. Odia Pontificiorum, quae *Thuanus* expertus est, solertissime congessit Cl. *Carolus Arndius* in Biblioth. Politico-Herald. p. 152. Liceat mihi saltem hic obseruare scopo nostro inservientia. Spiritum scilicet adhuc ducente *Thuano* anno 1614. Ingolstadii diuulgatae fuere Notationes in *J. A. Thuani Historiarum libros, auctore Joh. Baptista Gallo, JCto*, quo sub nomine latere putatur *Joh. Bapt. Machaul* seu *Macaldus*, Jesuita

Jesuita Gallus, (vid. *Arndius* l. c. p. 152.) Enim vero hic liber 1614. decreto Parlamenti Parisiensis tanquam statui Reipubl. inimicissimus, dum dissoluat ac rumpat vinculum societatis ciuilis, ciues contra Imperantes suos armet, manu carnificis combustus est.

Quodsi controuersias I. N. spectaueris, et hic deprehendes, fatum illud scripto cuidam contigisse audacissimo. Nimirum inter aduersarios, qui pleno impetu in Illustrissimum *Pufendorfium* irruebant, agmen quasi ducebat *Nicol. Beckmannus*, Prof. Juris Londin., qui *Indicem Nouitatum Schvvartzii* (eo quidem inscio) anno 1673. contra expressum Regis Suedorum Caroli XI. mandatum edendum curauerat; quare et auctoritate Regis publice Londini Scanorum flammis traditus est a carnifice; conf. *Ludouici Delineatio Historiae I. N. p.* 31. et *Groeningius in Bibliotheca Iuris Gentium Europaea p.* 311. *D. Schvvartzii* cum semel facta sit mentio, non possum non, quin quaedam adhuc de eo commemorem. Nota sunt, quae inter *D. Muhlium* et *D. Schvvartzium* de Sabbatho sunt controuersa. Vterque defensorem Pseudonymum nactus est; cum vero duorum horum defensorum scripta nimis mordacia et aculeata essent, publice combusta sunt, Regis Daniae et Ducis Holsatiae decreto.

Nec silentio est praetereundus Vir Consultissimus *Christ. Thomasius*, de quo inter alia constat, quam vehementibus animorum motibus

controuersiae inter eum et *D. Masium*, Theologum Hafniens. sint agitatae, satisque nos docent Colloquia eius Menstruata; quam grauem autem ac rigorosum eadem sustinere habuerint censuram Hafniae, patet ex Domini *Thomasii* Rechtsgegründeten Bericht, wie sich ein ehrliebender Scribent zu verhalten habe, wenn eine auswertige Herrschaft seine sonst approbirte Schriften &c. quod scriptum habetur in seinen kleinen deutschen Schriften p. 415. Plura si de hac controuersia Thomasiana desideres, adeas velim Cl. *Junckeri* Tract. de Diariis Eruditorum p. 254.

Minime autem intactus nobis relinquendus est *Joh. Reinboldus Patkul*, fatis suis notissimus. Nostro quidem scopo iam tantum inseruit, quod nimirum Apologia eius in Suecia manu carnificis igni fuerit subiecta. Refert de eodem *Patkulio* (id quod paucis notum saltem in transcursu dico) Cl. Dom. *Joh. Burch. Menckenius* in Dissert. Historico-Liter. *de Viris militia aeque ac scriptis illustribus*, Lipsiae 1708. diuulgata, p. 26. quod is quaedam Opera Theologica Doct. *Speneri* in compendium redegerit; quae et quondam Bibliopolae cuidam Dresdensi, ut eadem typis exscribenda curaret, oblata fuerint.

Omnium recentissimum exemplum, quod nostra vidit aetas, in scriptis *Lic. Feindii* conspicitur; ex quibus Satyra eius, quae titulum

lum gerit: Satyre von der Geldsucht, et plagula IV. et LI. der denkwürdigen Begebenheiten (quippe quae Relationes *Feindium* agnoſcunt auctorem; alii namque alium ſubſtituunt) Hamburgi 1707. die 18. Martii igni ſubiiciebantur; combuſtionem illam prae reliquis urgente D. *Krumboltzio.* Iis autem, quae ſcriptis hiſce comburendis occaſionem praebuere, enarrandis ſuperſedeo, cum ipſe *Feindius* nobis otia fecerit, ſingula exponens in der Vorſtellung an die Römiſch-Kaiſerliche hohe Commiſſion in Hamburg &c. pag. 8. 10. et 14. quod ſcriptum 1709. Hildeshemii luci expoſitum eſt publicae.

At, Frater chariſſime, temporis anguſtia, Epiſtolaeque prolixitas mihi ſcribenti manum iniiciunt; breui plura huc comparata a me expectabis euoluta ac diiudicata ſimul ea quaeſtione: *Num expediat ac conſultum ſit Libros manu carnificis comburere publice.* Pro praeſenti autem rerum copia extremum erit magni illius et incomparabilis Polyhiſtoris *H. Conringii* iudicium, quod de libris tulit combuſtis. Habetur illud in Conringianis Epiſtolicis, anno 1708. Helmſtadii publicatis, verbis conceptum ſequentibus p. m. 52. *Vt Hippolyti a Lapide ſcriptum* (ſc. de Ratione ſtatus in Imperio Romano-Germanico) *manu carnificis comburatur, neſcio equidem an ſit conſultum. Quid enim eo profeceris? Num poſſit*

ita liber ille manibus excuti? Nescis, quam late spargantur fauillae combustorum librorum? Dissimulata et neglecta quasi sponde tandem erumpunt. Haec quidem ille. De caetero me amare perge, et vale.

Dabam Anclami die XVI.
Decembr. MDCCIX.

M. AN-

M. ANDREAE WESTPHALII

EPISTOLA II.

AD

FRATREM

CHRISTIANVM WESTPHALIVM,

SISTENS DECADEM

LIBRORVM PVBLICA AVCTORITATE

COMBVSTORVM.

SEDINI,

TYPIS CHRISTOPHORI SCHROEDERI,

MDCCX.

Frater chariſſime!

Vt fidem promiſſi mei ſoluam, in coepto iam progrediar opere, reliqua ad ſcopum noſtrum collimantia perſecuturus ſcripta. Quae quidem, ferente ſic rerum mearum facie praeſenti, decennarium abſoluent explebuntque numerum, ad ſeriem temporum diſponenda. Hos enim fines terminosque in praeſenti mihi conſtituam Epiſtola, hos mihi circumdabo cancellos.

Tractationis noſtrae initium ut a fatis Librorum *Ariſtotelis* capiatur; neminem fugere crediderim, quantis et quam variis fortunae caſibus Philoſophia Ariſtotelica fuerit iactata atque agitata; ſatisque ii, quorum opera egregia extitit in exponendis Philoſophiae fatis, edocent: ex quibus hac quidem vice ea attingemus, quibus Libri Ariſtotelis *Phyſici* et *Metaphyſici* expoſiti fuere in Academia Pariſina. Circa initium Seculi XIII. in eadem Academia inclaruit *Almaricus*, ſtrenue ſectatus Philoſophiae Ariſtotelicae placita, inſimul vero nomine heterodoxiae ſuſpectus. Quare auctoritate Synodi cuiusdam

Parisiensis anno 1209. cadauer eius effossum una cum Aristotelis libris Physicis et Metaphysicis igne crematum fuit; seuerissimo simul subiuncto mandato, quo cautum erat, ut nemini integrum relinqueretur libros perlustrare Aristotelis; conf. *Seckendorfius* in aureo vere libro, dicto Christen-Staat p. m. 305. in additionibus. Plura huc spectantia memoriae quoque prodidit *Joh. Launoius* in Tractatu de varia Aristotelis in Academia Parisina fortuna; quippe qui admirabilem posuit operam in exponendis casibus, quos Philosophia Aristotelica in Academia subiit Parisina.

Hisce subiungimus *Joh. Reuchlinum*, felicissimum illum Linguarum in Germania restauratorem. Neminem autem temere latebit, quam grauibus certaminibus a Monachorum ordine fuerit impetitus ac tentatus; ex quibus huc tantum ea accommodare liceat, quae ad scopum nostrum omnium maxime videntur accedere. Nimirum circa *Reuchlini* aetatem disceptatum fuit: essentne legendi Judaeorum libri, an vero iidem manibus Christianorum essent extorquendi? *Reuchlinus* ea de re in consilium adhibitus, asseruit, distinguendos ac seruandos esse plurimos; et contra Judaeum quendam *Johannem Pfefferkornium*, sacra religionis Christianae amplexum, causam suam fortissime tutatus est, diuulgato libro, cui titulum dederat: *Speculum oculare*, s. *Augenspiegel*. Quo ipso sane asperrimum sibi contraxit odium; aliis hunc librum condemnantibus, approbantibus autem aliis. Cum autem lis adhuc sub iudice esset, Colonienses librum hunc condemnatum ac reprobatum igni

adiudi-

adiudicarunt; in processum illum consentiente Academia Louaniensi, Erfordiensi, Moguntina, nec non Parisina. Conf. de hac re vir summe Reuerendus *J. F. Buddeus* in Inroduct. ad Historiam Philosophiae Ebraeorum p. 202 sq. item *Clarmundus* (quo sub nomine latet *M. Rüdiger*) in vitis clarissimorum in re literaria virorum Part. VII. p. 114.

In superiori Epistola inieci mentionem nonnullorum, qui ita vocari consueuerunt, Monarchomachorum puta: *Marianae, Schulkenii, Parei, Macaldi*; cum quibus iam reliqui sunt connectendi. In hunc quoque censum referri debent *Stephani Junii Bruti Vindiciae contra Tyrannos, seu de principis in populum, populique in principem legitima potestate*, quae prodiere Edinburgi 1579. in 8. et alibi typis expressae. Certe in diuersas abeunt sententias eruditi, quis sese hoc tegat nomine. Quatuor inprimis Viri praeclarissimi, nominisque fama celebratissimi, huius foetus habiti sunt parentes, utpote *Beza*, *Mornaeus*, *Hottomannus*, ac *Languetus*. Hodie vero plurimi in *Languetum* consentiunt, utpote virum, a singulari pietate, doctrinaque politica admodum commendabilem. Cum enim *Johannes Philippi*, Anglus, in *Responsione sua ad Apologiam Brammali pro Rege et populo Anglicano*, Londini 1652. in 12. edita, *Bezam* expressis verbis harum Vindiciarum auctorem esse affirmasset; *Voetius* impositam sibi necessitatem esse credebat, accuratius in harum Vindiciarum auctorem inquirendi. Quare is manes *Theodori Bezae* defendendos in se suscepit in peculiari *disquisitione de auctore Vindiciarum contra Tyrannos*,

 quae

quae publicata est Amstelodami 1661. in 12. In hac libri eius auctorem constituit *Hubertum Languetum*. Cui sententiae et calculum suum addidit Cl. *Placcius* in Theatro de Scriptoribus Pseudonymis et Anonymis p. 141. edit. in Fol. dicens: *Huberti Langueti opusculum hoc esse, verosimilius facit*, (scil. Voetius) *quam ut amplius ea de re dubitare sustineam.* In *Languetum* quoque consentit vir ingeniosissimus et politissimus *Paulus Colomesius* in *Recueil de Particularitez* p. m. 328. edit. in 4. quam vir summus *J. A. Fabricius* anno superiori luci dedit publicae; item *Kulpisius* in Tract. *de Studio Juris Publici* p. m. 172. et alii Cl *Placcio* l. c. commemorati. Quibus addi potest *Crenius* in Dissert. Epist. de *Furibus Librariis* p. 36. et Dominus *Struuius in Bibliotheca Philosophica* p. m. 177. Vir omni mea laude maior *J. H. Boeclerus* scopum huius libri his insinuat verbis in Commentatione in H. Grotii Jus B. et P. p. m. 275: *Classicum ille canit aduersus Reges, et priuata auctoritate ex Regibus Tyrannos facit, cauillatione non Philosophiae modo sanioris, sed Scripturae Sacrae.* Quisquis demum sit auctor, certum tamen est, crematum esse huncce librum per carnificem apud Anglos; obseruante *Placcio* l. c. p. 172. ex *Tentzelii* Monatlichen Unterredungen de anno *1690*.

Circa eandem aetatem prodiit quoque liber sub titulo: *De Justa Reipublicae Christianae in Reges impios et haereticos auctoritate* &c. Liber hicce primum anonymus prodiit Parisiis 1590. deinde vero biennio interiecto Pseudonymus Antwerpiae 1592. recusus est sub ficto *Gulielmi Rossaei*

nomi-

nomine. Hac vero larua se velasse putatur *Guilielmus Giffordus*, obseruante *Struuio* l. c. p. 176. et Domino *D. Buddeo* in Selectis I. N. et G. p. 79. At alium auctorem huius libri constituit Dom. *Boehmerus* in *Introduct. in Jus Publicum uniuersale* p. 124. nempe *Gilbertum Genebrardum.* Vtut sit, Cl. *Baelius* in *Epistola de Scriptis adespotis* p. 61. subnexa *Placcii* Theatro, vocat Librum hunc truculentissimum et foetum pestilentem; Vir summe Reuer. Dom. *D. Diecmannus in Dissert. de Naturalismo* p. 36. asserit, calamum huius auctoris non felle tantum, sed et sanguine tinctum esse. Idem ille *Diecmannus* l. c. quaedam ex hoc libro, rarissime obuio, excerpta exhibuit, ut eiusdem pateat impietas. Cum autem liber iste crudelissimus et sanguinarius non parum Reipublicae nocere videretur, anno 1594. auctoritate Senatus Regii Parisiis publice a carnifice combustus fuit; testante Dom. *Boehmero* l. c. p. 124.

Deckherus, vir non Juris modo Ciuilis, sed et Rei Literariae peritissimus, refert in Tractatu suo elegantissimo de Scriptis Adespotis p. m. 53. subnexo *Placcii Theatro*, de libello quodam, qui sit inscriptus *de Potestate Principis*, auctoris quidem omisso nomine; quod is Lugduni sit combustus, dum in isto Principis et Magistratus ab eo constituti auctoritas, detortis ex S. Scriptura argumentis, cauillatorie in dubium vocetur. Subiicit idem Vir Clarissimus, auctorem huius libri reputatum fuisse *Carolum Molinaeum*, at perperam; addendo: Librum huncce ab aliis adscriptum fuisse *Hugoni Sorello Roserio*; id quod testimonio *Thuani* confirmat comprobatque.

Haec

Haec autem Monarchomachiſmi defenſio mirum in modum creuit, cum ſeculo ſuperiori temporibus Caroli I. et Cromwelli Anglia motibus inteſtinis ardens, variis diſcordiarum caſibus agitaretur. Hinc varia a variis quoque ſunt edita, quae hic quidem enarrare nec temporis, nec mei inſtituti ratio permittit. Inprimis vero in hac cauſa, et quidem pro populo Anglicano, ingenii ſui vires periclitari, calamumque exercere voluit *Joh. Miltonus*, qui Defenſionem pro Populo Anglicano edidit, directam contra *Salmaſii* Defenſionem Regiam pro Carolo I. Conſtat autem de *Miltoni* Defenſione, quod eadem poſt reditum Caroli II. Regis manu carnificis combuſta fuerit. De caetero conf. *Placcius* l. c. C. 3. de Scriptoribus Juridicis p. 209. et 210. inprimis vero in nota (a).

Et haec quidem de Scriptis Monarchomachorum ſufficiant; iam ad alia. Seculo ſuperiori omnium in ſe conuerterunt oculos *Ludouici Montaltii* (quo ſub nomine latet *Blaſius Paſcalis*) *Literae Prouinciales de morali et politica Jeſuitarum diſciplina.* Hae ſane incredibili totius fere Orbis Literati adplauſu exceptae, doctrinam moralem et Probabiliſmum Jeſuitarum ingenioſe, elegantiſſime acriterque perſtringunt ac detegunt, ac ita detegunt, ut ex innumeris, quae contra Jeſuitas prodiere ſcripta, non facile ullum ſit, quod ita irritauerit Jeſuitas. Hae 1656. primum prodiere Gallice, quod deinde in Linguam Latinam transtulit *Petrus Nicollius* (nomen Wilhelmi Wendrockii mentitus,) notisque theologicis illuſtrauit. Mitto, quae circa haſce geſta fuere Epiſtolas,

cum

cum omnia huc ſpectantia ſolidiſſime expoſuerit Magnif. Dom. *D. Mayerus in Bibliotheca Scriptorum Theologiae Moralis* p. 89 ſequ. quae ſubiuncta conſpicitur *Strauchii Theologiae Morali*. Hoc ſaltem ex *Placcii* Theatro p. 615. liceat addere, combuſtas nimirum eſſe has *Montaltii Epiſtolas* una cum *Wendrockii* notis. Verba *Placcii* ita ſe habent: *Combuſtae autem Wendrockii et Irenaei Notae una cum Literis Prouincialibus traduntur a Saraſa P. II. Artis ſemper gaudendi Tract. IV. num. 19. p. 102. decreto Senatus Regii Sanctioris de die 23. Septembr. 1660. quod ibidem Gallice et Latine exhibet Saraſa.* Hactenus ille.

Circa eiusdem Seculi annum 70. et ſequ. ſtrenuus ille Polygamiae defenſor *Johannes Lyſerus* inclareſcere coepit, doctrinae ſuae ſemina in Suecia ac Dania ſpargens. Certe hic fere per integram vitam nihil egit, niſi ut Polygamiae ageret cauſam, ad extremum usque vitae ipſe coelibem ſectatus vitam. Huius defenſionem, variis ſe tegens nominibus, ſuſcepit: modo enim ſub larua *Sinceri Wahrenbergii*, modo *Athanaſii Vincentii*, modo *Theophili Alethaei*, modo *Gottlieb Wahrmunds*, prodibat. Singula repraeſentare ſcripta non eſt huius loci; iam quidem perſequar fata ſcripti illius, quod in cauſa Polygamiae ſub nomine *Gottlieb Wahrmunds* edidit. Titulus libri eſt: Gottlieb Wahrmunds gewiſſenhafte Gedanken vom Eheſtande. Caeterum ſcriptum hocce flammis piatricibus in foro maximo Holmienſi per carnificem combuſtum eſt die XV. Julii 1679; obſeruante *Placcio* l. c. p. 614. illudque referente ex Symbola *Cl. Normanni*. *Lyſerus* iſte

iste iustas suae defensionis dedit poenas, dum ex ditionibus Sueciae et Daniae exterminatus, tandem Amstelodami cum aduersa admodum conflictatus fortuna, et omnibus miseriis circumuentus, diem suum obiit. De caetero conf. Dom. *Struuius* in Introduct. ad Not. Rei Liter. p. 459. et plur. Reuer. Dom. *Buddeus* in Selectis I. N. et G. p. 56. et *Ludouici* in Delin. Hist. I. N. p. 70.

Praesens Seculum scriptorum combustorum admodum fuit fertile; ex quibus in superiori Epistola iam quaedam produximus, quorum filum iam ulterius erit pertexendum. Neminem forte latebit, modernum Borussiae Regem Potentissimum iam ab aliquo tempore meditatum fuisse Religionis Lutheranae cum Reformata conciliationem. Quo consilio suscepto, mox varia prouolarunt scripta; aliis negotium illud promouere studentibus, aliis illud turbare molientibus; ad quam posteriorem classem merito referendus est Dom. *Sebastianus Edzardus*, variis huc spectantibus scriptis celebratus; ex quibus non postremus locus concedendus est ipsius *Dissertationi de fugienda Vnione cum hodiernis Reformatis*, in 4. prostanti. Caeterum huius Dissert. haec fuere fata, ut 1704. publice Berolini combusta fuerit.

In superiori Epistola duorum Catechismorum combustorum fata attigimus, quibus scriptum mox citandum subiungi poterit. Nimirum anno huius seculi sexto nonnulli Clerici Heluetiae, sacris Romanae Ecclesiae addicti,


scriptum

ſcriptum aliquod, habens rationem Catechiſmi, iuris fecerunt publici, illudque hinc inde diſſeminarunt. Titulus ſat lepidus et riſum legenti pene excutiens libro praefixus eſt hic: Kurtzer Beweisthum, daß die Lutheriſche, Calviniſche und Zwingliſche Religion nichts anders ſey, als ein von vielen ſaulen ſtinkenden Ketzeriſchen Lappen und Lumpen zuſammengeflickter Bettel- oder Regen-Mantel, herausgegeben durch *Chriſtian. Catholicum*, im Jahr, da *Lutherus* vom Teufel erwürget, *Calvinus* an der Lauß-Seuche geſtorben, und *Zvvinglius* zu *Cappel* verbrandt worden. Caeterum Magiſtratus Tigurinus omnia huius libri exempla, quorum modo haberi poterat facultas, hominum manibus excutienda congeſſit, eademque per carnificem 1706. die X. Auguſti comburi iuſſit. Scriptum enim iſtud, miſcendis ac peruertendis rebus Heluetiorum aptum, non immerito pro diſſidiorum tuba ac face reputabatur; dum veluti bellicum caneret, eiusque auctores malum diſcordiae ſpargere, ac monſtri aliquid alere viderentur. Timebatur enim, ne hac ratione capita Heluetiorum inter ſe collidérentur; conf. die Europäiſche Fama Part. LV. p. 503. Idem auctor Famae Europaeae (qui eſt *Schützius*, celebre nomen ſortitus per verſionem Operis Grotiani immortalis de I. B. et P.) Part. XIX. p. 606. aſſerit, quod nempe Parlamentum Dublinenſe anno 1703. d. 2. Octob. hanc conſtituerit ſanctionem, ut ſcriptum Domini *Aſgyl*, Membri Parlamenti, in quo hominibus perſuadere anniſus fuerat, quemlibet ad modum Enochi et Eliae, nulla interueniente morte, in regnum euehi poſſe coelorum,

lorum, quid? quod unum quemque obligatum esse Christianum ad fidem huic asserto faciendam, manu carnificis combureretur, huiusque scripti auctor ad Parlamentum in posterum non admitteretur.

Hac quidem vice plura non addam; breui autem alia huc spectantia sunt insecutura. Quod reliquum est, fauori me porro Tuo commendatissimum esse cupio. Vale.

Dabam Anclami, die XV. Februar. MDCCX.



G.

De Gabalis le Comte, ou Entretiens ſur les ſciences ſecretes. Amſt. chez Jaques le Jeune. 1671. in 12. A Cologne chez Paul de la Tenaille, 1684. in 12. A Cologne chez Pierre Marteau, ſ. a. in 8. *Liber rariſſimus.* Vogt. Bibl. Feuerl. p. 406. Lit. Wochenbl. I. p. 367.

— Les Genies aſſiſtens, et Gnomes irreconciliables, ou Suite au Comte de Gabalis (Gablais) A la Haye, 1718. 12. Vogt. Bibl. Thomaſ. II. p. 585.

a Gabella (Phil.) Secretioris Philoſophiae Conſideratio, c. Confeſſione Fraternitatis Roſeae Crucis. Caſſellis, 1615. in 4. *Raritatis aſteriſco notatur* in Bibl. Lehmann. p. 486.

Gaddii (Iacobi) Elogia, prodiere hoc ordine:

1. Adlocutiones et Elogia exemplaria, Cabbaliſtica, Oratoria, Mixta, Sepulcralia. Florent. typ. Pet. Neſtii, 1636. in 4.

2. Elogia Hiſtorica, tum ſoluta, tum vincta numeris oratione perſcripta et notis illuſtrata. Ibid. typ. Amatoris Maſſae et Soc. 1637. in 4.

3. Elogiographus, ſcilicet Elogia omnigena Iac. Gaddii Academici Suogliati. Florent. typ. Am. Maſſae, 1638. in 4.

Collectio rariſſima. Vogt. Clement. IX.

Gaddii (Iacobi) de Scriptoribus non Ecclesiasticis, Graecis, Latinis, Italicis primorum graduum in quinque Theatris, scil. Philosophico, Poetico, Historico, Oratorio, Critico. Pars I. Florent. 1648. P. II. Lugdun. 1649. in fol. *Rarissime extant ambo Tomi.* Vogt. Clement. IX.

— — Cor liarium poeticum, scil. Poematia, Notae, explicationes allegoricae olim conscriptae. Florent. 1636. in 4. *Rar.* Bibl. Christ. II. p. 389.

Gaerde. Hür hevet an de Lustighe vnde nochlighe *Gaerde* der Suntheit. 2) dat Boeck van den edelen Stenen &c. 3) van allen Varwen des Waters der Mynschen. Lubeck. 1492. in fol. *Liber rarior lepidis figuris plenus.* Bunemann. p. 19.

Gaffarelli (Iac.) Quaestiones pacificae, num orta in religione dissidia componi et conciliari possint per humanas rationes et philosophorum principia, per antiquos Christianorum Orientalium Rituales libros, et per propria Haereticorum dogmata Paris. 1645. in 4. *Liber rarus.* Bibl. Thomas. I. p. 141.

— Curiositez inouyes sur la Sculpture talismatique des Persans, Horoscope des Patriarches et Lecture des Estoilles. s. l 1650. in 8. *Raritatis stella notatur* in Bibl. Christ. I. p. 273.

— Curiositates inauditae de figuris Persarum Talismanicis, Horoscopio Patriarcharum et characteribus coelestibus, cum notis ac figuris editae opera Gregor. Michaelis. Hamb. 1678. in 8. *Liber rarus et paradoxus.* Bibl. Salthen. p. 550. Bibl. Thomas. II. p. 517.

Gaffori (Franchini) Practiea Musicae utriusque cantus IV. Libris modulatissima Venet. per Aug. de Zannis. 1512. in fol. *Rar.* Bibl. Christ. I. p. 410.

Ie

le GAGNEVR (Guillaume) la Technographie ou briefue methode pour parvenir a la parfaite connoissance de l'ecriture francoise. Paris. 1624. in fol. *Rar.* Bibl. Christ. I. p. 414.

GAGVINI (Roberti) de origine et gestis Francorum perquam utile compendium. Lugd. 1497. in fol. *Editio orig. rarissima.* Ab auctore recognitum et auctum, Paris. 1500. in fol. *Editio rarior.* Item Velleii Huberti supplementum ad A 1521. Paris. 1521. in 8. *Editio rara.* Item Paris. 1528. in 8. *Editio non ubiuis obuia.* Engel. I. p. 64. Clement. T. IX. Bibl. Feuerl. p. 406. Bibl. Christ. II. p. 643.

— Epistolae quaedam, Orationes, de Conceptione Virginis defensio, de eadem conceptione ad fratres sui ordinis oratio, de arte metrificandi praecepta, Epigrammata, de Christi morte atque resurrectione, item de miseriis humanae vitae, et contra Poesis detrectatores breues Tractatuli metro scripti. Paris. 1498. in 4. *Editio rarissima. Dantur autem priores et posteriores etiam rarae editiones.* Vogt. Engel. I. p. 64. Clement. IX.

— La Mer des croniques et miroir hystorial de france iadis compose en latin &c. Paris. 1527. in fol. *Editio perquam rara.* Ibid. 1515. et 1530. in fol. *Sunt quoque editiones rarae.* Clement. IX.

GAII (Titi) Institutionum Iuliique Pauli Sententiarum cum titulorum omnium indice in easdemque praefatione recens opus &c. Lutet. 1525. in 4. *Editio princeps perrara.* Clement IX.

GALANI (Clementis) Grammaticae et Logicae Institutiones Linguae literalis Armenicae Armenis traditae. — Addito vocabulario Armeno Latino omnium Scholasticarum dictionum. Romae, 1645. in 4. *Rar.* Clement. IX. Bibl. Solger. II. p. 403.

GALANI Conciliationis Ecclesiae Armenae cum Romana ex ipsis Armenorum Patrum et Doctorum testimoniis, in duas Partes, Historialem et Controuersialem diuisae, Pars I. Romae, 1650. II. 1658. in fol. *Editio perrara.* Clement. IX. ubi et de aliis editionibus raris. Gerdes. p. 131.

GALATEVS (Ant.) de situ elementorum et peregrinatione. Basil. 1530. in 12. *Liber rarus.* Gerdes. p. 132.

GALATINI (Petri) Opus de arcanis catholicae veritatis, contra obstinatissimam Iudaeorum nostrae tempestatis perfidiam: ex Talmud aliisque hebraicis libris nuper excerptum et quadruplici linguarum genere eleganter congestum. Impr. Orthonae maris per Hier. Suncinum, 1518. in fol. *Editio rarissima.* Basil. 1561. in fol. *Editio perrara.* Engel. I. p. 64. Clement. IX.

GALDERII (Io.) Concordantiae Poetarum, Philosophorum et Theologorum. Opus aureum, quod nunc primum prodit ex aut. exempl. auctoris. Venetiis, 1547. in 8. *Rar.* Bunemann. p. 111.

GALE (Theoph.) The Court of the Gentiles; or a Discourse touching the Original of human Litterature, both Philologie and Philosophie from the Scriptures and Iewish Church. P. I. II. III. Oxoniae, 1672-77. in 4. *Opus perrarum.* Bibl. Christ. II. p. 3.

GALENI (Claudii) de usu partium corporis humani, est opus egregium atque ex Gr. in Lat. sermonem translatum, Nic. Regio Calabro interprete. Paris. 1528. in 4. *Rar.* Optima ver[illegible] editio Graeco-Latina, sed et *rarior* [illegible] Casp. Hofmanni versione et com[illegible] [illegible]ncof. 1605. in fol. G[illegible]

GALENI

Galeni Ars medica, quae et Ars parua Mart. Acakia interpr. et enarratore castigatior. Venet. 1529. in 8. *Rar.* Bibl. Christ. I. p. 217 sq.

— in Hyppocratem, de victus ratione et de semine, Io. Vasseo et Io. Guinterio interpr. Basil. 1533. in fol. *Editio minus obuia.* Engel. spicil. p. 12.

— de Hyppocratis et Platonis decretis, Io. Bernardo Feliciano Interprete. Basil. 1535. in fol. *Ed. minus obuia.* Engel. l. c.

— Opera, latine. Basil. 1536. in fol. *Ed. minus obuia.* Engel. l. c.

— Opera graec. P. I-V. Basil. 1538. in fol. *Editio raro Aldinae praeferenda.* Bibl. Christ. I. p. 215.

— de Facultatibus Naturalibus libri tres, Gr. & Lat. Paris. 1543. in fol. *Editio rara, nitida, accurata.* Bunemann. p. 47.

— de Natural. Facultatibus libri III. Thoma Linacro Anglo interpr. Accesf. D. Iac. Syluii Scholia et Epitome. Paris. 1546. in fol. *Ed. nitida, correcta, rara.* Bunemann. l. c.

— de tuenda valetudine LL. VI. graec. per Io. Caium. Basil. 1549. in 8. *Editio rara.* Bibl. Christ. I. p. 217.

— de ossibus, gr. et lat. Acc. A. Vesalii, I. Syluii, R. Heneri et B. Eustachii ad Galeni doctrinam Exercitt. ex recens. Io. van Horne. Lugd. Bat. 1665. in 12. *Edit. rara.* Bibl. Lehmann. p. 293.

Galeoti (Martii Narniensis) liber de homine; it. Ge. Merula in Galeotum et rursus Galeoti refutatio obiectorum a Merula. Mediol. 1490. in fol. Basil. 1517. In 4. *Vtraque editio rara.* Bibl. Thomas. II. p. 177. Gerdes. p. 133.

Galilei (Galileo) Dialogo, dovo nei congressi di quattro giornate, si discorre sopra i due massimi del mondo Tolemaico, e Copernicano. In Firenze.

 1632.

1632. in 4. *Libri combusti editio perquam rara. Sunt et aliae editiones et versiones lat. sub tit. Systema Cosmicum, rarae.* Haym. Clement. IX.

— Opere. In questa nuoua editione insieme raccolte. e di varii Trattati dell' istesso Autore non piu stampati accresciate. In Bologna 1656. in 4. c. figg. *Editio rara.* Haym. Clement. IX.

— Sidereus Nuncius s. Obseruat. in Lunae facie, Lacteo Circulo, stellisque atque Planetis. Francof. 1610. 8. *Rar.* Engel. I. p. 64.

Galindi S. I. Anatomia Societatis Iesu, una cum aliis opusculis. Labaduni, 1633. in 4. *Rar.* Bibl. Solger II. p. 85.

Gallaei vide Gallei.

Gallandii (Petri) pro Schola Parisiensi, contra nouam Academiam Petri Rami Oratio. Ad Illustriss. Card. et Princ. Carolum a Lotharingia. Lutet. 1551. in 8. et in 4. *Perrar.* Freytag. Anal. p. 363. Clement. IX

— Petri Castellani, Magni Franciae Eleemosynarii, Vita. Steph. Baluzius nunc primum edidit et notis illustrauit. Acc. P. Castellani orationes duae habitae in funere Francisci I. Reg. Franc. Paris. 1674. in 8. *Liber rarior.* Vogt. Clement. IX.

Gallei (Philippi) Virorum doctorum de disciplinis bene merentium Effigies XLIII. Antuerp. 1572. in fol. Effigies LI. doctorum virorum, qui bene de studiis literarum meruerunt. Antuerp. 158.. in 4. *Opus rarum et pretiosum.* Vogt. Bibl. Christ. II. p. 387.

Galli (Io. Baptist.) in Iac. Thuani Historiarum libros notationes. Ingolstad. 1614. in 4. *Liber rariss. manu carnificis exustus.* Vogt. Bibl. Solger. II. p. 288.

Galli Optati vid. Optati.

GALLI

GALLIA. Commentariorum de ſtatu Religionis et Reipublicae in Regno *Galliae*, I. Partis Libri III. Regibus Henrico II. ad illius quidem Regni finem, Franciſco II. et Carolo IX Excuſum 1571 in 8. *Liber rarior.* Freytag. Apparatus T. III. p. 250. Clement. IX. ubi et de aliis editionibus et reliquis partibus agitur.

---- De *Galliae* poſtremis motibus varia utriusque partis ſcripta ſcitu digniſſima. Francof. 1586. in 8. *Rarus liber.* Bibl. Salthen. p. 422. Bibl. Feuerl. p. 406.

GALLICANA Eccleſia. Traitez des Droits et Libertez de l'Egliſe *Gallicane.* A. 1639. in fol. *Liber rarus et ſuppreſſus.* Vogt.

GALLICARVM Rerum, impubere Ludouico XIV. liber I. Res per nouennium apud Gallos, aut a Gallis, pace belloque geſtas, ab exceſſu Ludouici XIII. ad a. 1652. in 4. *Liber penitus ſuppreſſus, cuius priora ſaltem folia fuere impreſſa.* Vogt.

GALLONII (Anton.) Trattato de gli Inſtrumenti di Martirio, e delle varie maniere di martoriare uſate da' Gentili contro Chriſtiani, deſcritte et intagliate in Rame. In Roma. 1591. in 4. c. figg. *Editio princeps rariſſima.* Haym. Clement. IX.

---- De Sanctorum Martyrum cruciatibus. Rom. 1594. in 4. Colon. 1602. in 8. Pariſ. 1660. in 4. Antuerp. 1668. in 12. *Verſiones libri praecedentis partim rariores, partim rarae.* Clement. IX. Freytag. Anal. p. 364. Lit. Wochenbl. I. p. 368.

— Apologeticus pro aſſertis in Annalibus Eccleſiaſticis de monachatu S. Gregorii Papae aduerſus D. Conſtantinum Bellotum, Monachum Caſſinatem, cui acc. reſponſio de iisdem ad alium eiusdem Ordinis Monachum. Romae ex Typograph. Vaticana.

 1604.

1604. in 4. *Rarioribus adiungendus.* Vogt. Clement. IX.

Galvam (Antonio) Tratado dos Varios diverſos Caminhos por onde nos tempos paſſados a Pimenta, e Eſpeciaria vego da India ás noſſas partes; e aſſim de todos os deſcobrimentos antigos, e modernos que ſam feitos até a era de 1550, comos nomes particulares das perſoas que osfiſeram, em que tempos, e ſuas alluras. Lisboa, 1563. in 8. *Editio rariſſima.* Lisboa, 1731. in fol. cum effigie auctoris. *Et haec editio rara eſt.* Clement. IX.

Galvam (Duarte) Chronica do muito alto, e eſclarecido Principe D. Affonſo Henriques primeyro Rey de Portugal. Lisboa, 1726. in fol. *Excellens et memorabilis liber, infrequens in oris noſtris.* Clement. IX.

da Gama (Antonii) Tractatus de Sacramentis praeſtandis ultimo ſupplicio damnatis; de eorum Teſtamentis et Sepulturis. Vlyſſipone, 1554. in 4. *Editio extremae raritatis. Sunt et aliae ſequentes editiones rariſſimae.* Clement. IX.

— Deciſiones Supremi Senatus Regni Luſitaniae, Centuriae IV. Omnibus Iuris Pontificii et Caeſarei Profeſſoribus perutiles, et neceſſariae ad Caſus cum Canonicos tum Civiles feudales quoque et Criminales plene cognoſcendos. Vlyſſipone, 1578. in fol. *Extremae raritatis liber, cuius et omnes ſubſequentes editiones partim rariſſimae, partim rariores ſunt.* Clement. IX.

da Gama (Ioanna) Dictos diuerſos poſtos por Ordem de Alfabeto com mais algumas Trovas, Vilhancicos, Sonetos, e Romances em que ſe contem ſentenças, e avizos notaveis. Evora, 1555. in 8. *Liber rariſſimus.* Clement. IX.

da

da GAMA (Ioanna) Poemata. Antuerp. ex off. Plantin. 1569. in 8. *Rar.* Gerdes. p. 133.

GAMBARAE (Laurent.) Venetiae. Romae, 1581. in 8. *Rar.* Bibl. Lehmann. p. 119.

GAMBARELLI (Augustini) Obseruationes in Terentium. Bergomi, 1597. in 8. *Rarissimus liber.* Vogt.

— Oppositorum, quae e Plauto, Terentio, Caesare et Cicerone collegit, Liber. Mediolani, 1606. in 4. *Infrequentissimus liber.* Vogt. Engel. I. p. 64. Bibl. Christ. II. p. 39.

— Antithetorum amica simultas, arbitris, Plauto, Terentio, Caesare, Cicerone. Mediol. 1619. in 4. *Rariss.* Bibl. Schuuarz. p. 155. Bibl. Solger. II. p. 394.

GAMBRIVII (Henning. Conradini) Epigrammatum historicus liber, continens encomia Heroum, Imperatorum et Ducum etc. quos in Arce sua Bredenberga depingi et versibus partim a se ipso compositis, partim hinc inde collectis ornari iussit Henr. Ranzouius etc. Ex off. Christoph. Plantini. 1581. in 4. *Liber rarus.* Bibl. Christ. II. p. 166.

GAMERSFELDERS (Hans) der gantz Psalter Davids, in gsangsweyse gestelt. Nürmberg. 1542. in 8. *Rarior libellus.* Riederer. Nachrichten I. p. 20.

GAMVRRINI (Eugenio) Historia Genealogica delle Nobili Famiglie Toscane e Vmbre. Florentiae, 1668. V. Volumina in fol. *In ipsa Italia infrequens opus.* Vogt.

GANSAEI (Ioh.) Arboretum Austriacum. Colon. 1638. in fol. *Rariss.* Vogt. Engel. II. p. 15.

GANSFORT vid. Io. WESSELIVS.

GANTZ (Rabbi Dauid) Zaemach Dauid. Pragae, 1592. in 4. *Rar.* Engel. I. p. 64.

GARASSI (P. François) Doctrine curieuse des beaux Esprits de ce Tems. A Paris, 1623. (1624.) in 4.

Curiosus est rarus liber. Vogt. Bibl. Thomas. I. p. 141.

GARASSI (P. François) La Somme Theologique. A Paris, 1625. in fol. *Liber rarus.* Idem valet de aliis Auctoris scriptis, e. c. Apologia eiusdem, Lutet. 1623. in 8. Rabelais reformé; Banquet des Sages etc. Vogt. Bibl. Thomas. I. p. 142.

GARCAEI (Ioh.) Summi Pontificis Veteris et Noui Testamenti collatio. Cui addita est commonefactio de arca foederis. 1573. in 8. *Liber rarus.* Bibl. Solger. III. p. 140.

— Astrologiae Methodus, in qua, secundum doctrinam Ptolomaei, exactissima facillimaque genituras qualescunque iudicandi ratio traditur — Natiuitatibus insuper quadringentis circiter hominum cuiuscunque ordinis nostri seculi illustratur etc. Basil. 1576. in fol. *Opus perrarum.* Vogt. Bibl. Solger. I. p. 156.

GARCIAE ab Horto, Aromatum et simplicium aliquot medicamentorum apud Indos nascentium historia, e Lusitan. lingua latine versa etc. c. fig. Antuerp. 1567. in 8 ibid. 1574. in 8. *Editiones rarae.* Bibl. Feuerl. p. 407. Bibl. Lehmann p. 331.

GARCIAE de S. Maria (Gonçalo) Epistolas e Euangelhos que se cantum no discurso do ano. 1479. in fol. *Summae raritatis liber sine nota loci literis gothicis impressus.* Clement. IX.

de la GARDE (Ierome) Memoires sur la mort de Henry IV. 161. *Eximiae raritatis scriptum* Vogt.

GARDINERI (Stephani) de vera obedientia Oratio. Argentor. 1536. in 8. *Rarissima et notabilis est.* Schelhorn. Amoen. H. E. T. I. p. 837 sqq. Gerdes. p. 133.

de GARIBAY (Estevan) Illustraciones Genealogicas de los Catholicos Reyes de las Espannas, y de los Chri-

Christianissimos de Francia, y de los Emperadores de Constantinopla, hasta el Catholico Rey nuestro Sennor D. Felippo II. En Madrid, 1596. in fol. *Perrarum et magnificum opus propter extraordinariam chartae magnitudinem.* Freytag. Anal. p. 808. Clement. IX.

de Garibay (Estevan) Los Quarenta Libros del Compendio Historico de las Chronicas y Vniuersal Historia de todos los Reynos de Espanna. En Barcelona, 1628. Voll. IV. in fol. *Nobilissimi et perrari operis editio perrara.* Clement. IX. Gerdes. p. 134.

Garimberti (Girolamo) la prima parte della vite, overo fatti memorabili di alcuni Papi, e di tutti Cardinali. In Venetia. 1568. in 4. *Haec prima pars libri in ipsa Italia rarissimi et suppressi tantum extat.* Haym. Vogt. Engel. I. p. 65.

